


Litera continentes limites inter  
Thorunen<sup>se</sup> et Ecclesiam Vladislavien<sup>sem</sup>  
inter villas Episcopales Lansino et Mi:  
lossevo, et certas villas Civium Tho:  
runensium.

64

In nomine Domini amen. Anno  
Nativitatis ejusdem Millesimo tricente:  
simo quadragesimo septimo, indictione De:  
cimaquinta, Septimo Kalendas mensis Se:  
ptembris, hora quasi sexta, in Capella  
castri Quicqz Diocesis Vladislaviensis,  
Venerabilis in Christo pater, Dominus  
Mathias, Divina et apostolica Sedis pro:  
videntia Vladislaviensis Episcopus, in pre:  
sentia mei et notariorum, ac testium  
subscriptorum quorundam literas non can:  
cellatas, non abotitas, nec in aliqua  
sui parte viciatas exhibuit ad cordulam  
pargamei sigillis rotundis appendenti:  
bus sigillatas. Quarum prima tenor  
est talis: Nos Vladislavus Dei gratia  
Dux Lancie et Dobrinensis, recognosu:  
mus universis presentes literas inspe:  
cturis. Quod constitutus in nostra, et  
Mistiborij iudicio nostri Dobrinenensis  
et aliorum Baronum seu militum nostro:  
rum presentia, in Bobrowniki eo tem:  
pore, quo a carissimo fratre nostro, Illu:  
stri

stri  



stri Principe, Domino Casimiro Dei gra:  
tia Duce Cujavia, Castellanicum Stonensem  
inter Wislam et Dwanizam in obligatione  
tenissemus, anno die quibus infra, Venerabi:  
li Patre Domino Mathia Dei et apostoli:  
ca sedis gratia Ecclesia Wladislavien Episco:  
po, Jaroslao Preposito Crusvicensi, et Troja:  
ny Archidiacono Wladislavien procuratori:  
bus ab eodem Episcopo, coram Nobis cum suf:  
ficiēti mandato substitutis ex una, et  
Nicolas Janusio Hancone, Nicolas Hecar:  
do, et Pethgone, ac alijs consanguineis ipso:  
rum Heredibus de Lankow, Lanzino, Obro:  
no et Lambonez, Civibus Thorunensibus  
parte ex altera, per eundem Dominum Epi:  
scopum et Procuratores suos predictos  
super gradibus seu limitibus inter Lanzino  
et Milezewo villas Domini Episcopi, et vil:  
las eorum predictas lite mota ac predictos  
cives tanquam responsales legitime  
contestata, merita causa per predictum  
nostrum judicem, unacum militibus nostris  
diligenter sunt discussa, et quia iidem  
Cives obtulerunt se in iudicio exhibere  
privilegium, quod minime fecerunt, tan:  
dem judicialiter sententia definitiva de  
nostro et Baronum nostrorum consi:  
lio pro parte ejusdem Domini Episco:  
pi per eundem judicem rationabiliter est  
prolata, Ita videlicet, quod gades predicta

ad

ad villas predictas Domini Episcopi iam  
 dicti Langino et Malisicze fuerunt adju-  
 cata, secundum quod procuratores memora-  
 ti Episcopi, primo Joanni Subcamerario  
 et Dobrojo Ministerio Dobrinesibus judi-  
 ciali Demandato, Deum etiam et ipso ju-  
 dici convocata vicinia, ostenderunt, parte  
 altera licet per contumaciam se absen-  
 tante, quam sententiam sic rationali-  
 ter promulgatam, presentibus Honorabi-  
 libus et Discretis viris Alberto Bresten-  
 si, Falone Lanciensi palatinis, Vin-  
 centio judice Brestensi, Dominico Sub-  
 judice Lanciensi, Alberto Preposito Vla-  
 distaviens. Sylvestro Archidiacono Plocensi  
 Decretorum Doctore, presentibus confir-  
 manus iam dictis Civibus super eisdem  
 linitibus perpetuum silentium imponen-  
 tes, et ne cuiquam super hijs in poste-  
 rum Dubium oriatur, sigillum nostrum  
 presentibus est appensum. Datum in  
 Dobrownik predicta in octava Assum-  
 ptionis Beatae Mariae Virginis glorio-  
 sa. Anno Domini Millesimo <sup>tricesimo</sup> quadragesi-  
 mo quinto. In cujus sigilli medio  
 quedam ymago hominis armata ha-  
 bens gladium in manu Dextra, et in si-  
 nistra Clypeum, cujus a Dextris due i-  
 mages et in circumferentia sigilli e-  
 jusdem cruce previa haec literae descul-

pto

pta videbantur: Vladislai Dei gra:  
tia Ducis Lancicie et Dobrinensis.  
Secunda vero tenor dignoscitur esse talis.  
In nomine Domini Amen. Exorta coram  
nobis Mistibario iudice Dobrinensi, et pre:  
sentia inclyti Principis Domini Vladislai Dei  
gratia Ducis Lancicie et Dobrxinensis, ac  
Baronum seu militum multorum in Bo:  
brownik cum idem Dominus Dux ex parte  
Charissimi fratris sui, Reverendissimi Principis  
Domini Casimiri Dei gratia Ducis Cujavia,  
Castellaniau Stoneusum et obliga:  
tionem tenuisse super limitibus adjuvan:  
tibus villis Lanzino, et milepszewo, et  
Lambero, Obrowo, Lanzino, et Lambowice,  
inter Venerabilem in Christo patrem et  
Dominum Dominum Mathiam Dei gra:  
tia Ecclesie Vladislaviensis Episcopum  
et Jaroslauum Prepositum Crusciensem  
Ivianum Archidiaconum Vladislaviens:  
sem Procuratores, per eundem Episcopum  
coram nobis cum sufficienti mandato tunc  
constitutis parte ex una, ac inter Nicolaum  
Hamoneum Herardum et Gethoneum, et alios  
consanguineos ipsorum heredes de Lambo:  
wo, Lanzino, Obrowo, et Lambowice  
predictis Cives Thorunenses parte ex  
altera, materiam questionis predictis  
procuratoribus Domini Episcopi agenti:  
bus, et predictis civibus respondentibus

bus animo  



bus, animo litem contestandi, et neganti-  
 bus gades seu limites ad Episcopi, sed ad suas  
 villas supradictas pertinere merita causa  
 per nos una cum militibus tunc iudicio adha-  
 rentibus sunt discussa. Et quia inter cetera,  
 idem obtulerunt se privilegium in iudicio  
 exhibere, quod tamen non exhibuerunt, ha-  
 bita nobiscum sufficienti deliberatione de  
 memorati principis mandato, communicato  
 ad hoc Baronum multorum subscriptorum  
 sano consilio diffinivimus praedictas granicias  
 non ad villas praedictorum Civium, sed ad vil-  
 las Episcopi pertinere, et diffinendo pro-  
 nuntiamus in his scriptis, ita videlicet, si-  
 cut memorati Procuratores, sapienter dicti Do-  
 mini Episcopi, primo Joanni Subcamerario  
 Laniciensi, et Dobrosio ministeriali Dobri-  
 nensi, demum nobis praefati principis deman-  
 dato convocata vicinia rationaliter o-  
 stenderunt iudum dictis Civibus super  
 praedictis limitibus perpetuum silentium  
 imponentes, quare praedicta sententia  
 sigillum nostrum presentibus est appen-  
 sum. Datum in Bobrownik praedicta in  
 Octava Assumptionis Beatae Mariae Vir-  
 ginis gloriose. Anno Domini Millesimo  
 Tricentesimo quadragesimo quinto. Prae-  
 sentibus, nominato inclito principe Wladi-  
 slao, et Honorabilibus et discretis viris  
 Alberto Brestensi, Falone Laniciensi  
 Palatinis

Palatinis, Vincentio iudice Brestensi, Do-  
minico subiudice Januiciensi, Alberto Prae-  
posito Vladislaviensi. Scilicet Archidiauo;  
no Plocensi, ac Decretorum Ductore, cum  
ceteris fide dignis, in medio cuius sigilli  
quidam clypeus. Babato sagitta desuper  
transfixo cruce signatus, apparebat, et  
in circumferentia ejusdem sigilli haec literae  
legebantur, scilicet Mislubory iudicis Do-  
brinensis. Et petivit eas per me manu  
publica copiare. Actum et Datum Anno  
indictione Die, loco et Hora superius  
annotatis. Presentibus Honorabilibus et  
discretis viris Dominis Scilicet preposito  
Plocensi Decretorum Ductore. Joanne Scho-  
lastico Crusviciensi. Paulo Domini Episcopi  
prefati Capellano. Stanislao Rectore Eccle-  
siae de Grabkowi, cum ceteris fidedignis.

Et ego Tomislavus olim Miloslai  
de Rosziesicze Clericus Diocesis  
Vladislaviensis, publicus auctoritate  
imperiali notarius, in praesentia  
Nicolai et Jacobi notariorum  
infra scriptorum, praedictas  
literas, a Venerabili in Chri-  
sto patre Domino Mathia  
Episcopo Vladislaviensi praedicto suscepi, et  
ipsas



ipsas ad petitionem Domini Episcopi iam  
dicti de verbo ad verbum manu mea fideliter  
in hanc publicam formam redegi, meique  
nomine et signo consuetis presentem pu-  
blicam signavi in testimonium premisso-  
rum.



Et ego Nicolaus quondam Malen-  
tini de Baczins Diocesis Vla-  
dislaviensis auctoritate imperi-  
ali publicus Notarius suprascri-  
ptarum literarum presentatio-  
ni, una cum Notarijs, et testibus  
superius et infra scriptis pre-  
sens interfui, et me in testimonium  
eorundem subscripsi, meoque nomine  
et signo consuetis signavi, rogatus.




Et ego Jacobus quondam  
Nasegneu de Swanthowicz  
Diocesis Vladislaviensis auctori-  
tate imperiali publicus Notarius  
ipsarum literarum exhibitioni, una cum  
testibus et Notarijs superius annota-  
tis praesens interfui, et ad petitionem  
Venerabilis patris Episcopi praelibati  
in testimonium premissorum me sub-  
scripsi, meoque nomine et signo con-  
sueti signavi rogatus.

*[Faint, illegible handwriting at the top of the page]*

*[Faint, illegible handwriting in the middle section]*



*[Faint, illegible handwriting below the first diagram]*



*[Faint, illegible handwriting at the bottom of the page]*